







**AT THE CENTER OF THE ALTAR**

**P:** Dóminus vobíscum.

**S:** **Et cum spírítu tuo.**

**P:** Ite, Missa est.

**S:** **Deo grátias.**

**(Kneel at High Mass)**

**P:** Pláceat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ: et præsta; ut sacrificium, quod óculis tuæ majestátis indígnus obtúli, tibi sit acceptábile, mihíque et ómnibus pro quibus illud obtúli, sit, te miseránte, propitiábile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

**P:** Benedícat vos omnípotens Deus, † Pater, et Fílius, et Spírítus Sanctus.

**S:** **Amen.**

**AT THE CENTER OF THE ALTAR**

**P:** The Lord be with you.

**S:** And with your spirit.

**P:** Go, the Mass is ended.

**S:** Thanks be to God.

**(Kneel at High Mass)**

**P:** May the performance of my homage be pleasing to Thee, O holy Trinity: and grant that the sacrifice which I, though unworthy, have offered up in the sight of Thy majesty, may be acceptable unto Thee, and may, through Thy mercy, be a propitiation for myself and all those for whom I have offered it. Through Christ our Lord. Amen.

**P:** May almighty God bless you, † the Father, Son, and Holy Spirit.

**S:** Amen.

**AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR**

**(Stand)**

**P:** Dóminus vobíscum.

**S:** **Et cum spírítu tuo.**

**P:** Inítium sancti Evangéllii secúndum Joánnem.

**S:** **Glória tibi, Dómine.**

**P:** In princípío erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Ómnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et víta erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt.

**(Genuflect)** ET VERBUM CARO

FACTUM EST

et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis.

**S:** Deo grátias.

**AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR**

**(Stand)**

**P:** The Lord be with you.

**S:** And with your spirit.

**P:** The beginning of the holy Gospel according to John.

**S:** Glory be to Thee, O Lord.

**P:** In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. The same was in the beginning with God. All things were made by him: and without him was made nothing that was made. In him was life, and the life was the light of men. And the light shineth in darkness, and the darkness did not comprehend it. There was a man sent from God, whose name was John. This man came for a witness, to give testimony of the light, that all men might believe through him. He was not that light, but was to give testimony of the light. That was the true light, which enlighteneth every man that cometh into this world. He was in the world, and the world was made by him, and the world knew him not. He came unto his own, and his own received him not. But as many as received him, he gave them power to be made the sons of God, to them that believe in his name. Who are born, not of blood, nor of the will of the flesh, nor of the will of man, but of God.

**(Genuflect)** AND THE WORD WAS

MADE FLESH,

and dwelt among us, (and we saw His glory, the glory as it were of the only begotten of the Father,) full of grace and truth.

**S:** Thanks be to God.

[Leonine Prayers](#)

(optional after Low Mass)